

rantem. Ebrios atque insanos Bacchus tuetur, perjurio fur-
tisque Mercurius deputatur: amoribus atq; immunditiis
præsides Venus: Suis quoque affectibus, ut Spei, Fidei,
Cōcordiæ, Voluptatē, Libentia, ut & Paci, Quietē &c. aras,
extruxerunt. Prolixius ea deducentem videas Virum ad-
modum Reverendum atq; Amplissimum Dn. Dilherrum
in Dissert. Philolog. XIV. p. 273. Imò

*Quicquid humus, pelagus, cœlum mirabile gignit,
Id dixere Deos, colles, freta, flumina, flammæ.*

Ut his suis Verbis testatum facit Prudentius. Hinc Ascræ-
us senex triginta millia Deorum numerat, cū ita canit:

*Τρεῖς γὰρ μύριοι εἰσὶν ἐπὶ χθονὶ πηλυβοτείρη
ἄθάνατοι ζηνός, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.*

*Ter enim decies mille sunt in terra multorum altrice
Dii Jovis, custodes mortalium hominum.*

Orpheus Deos trecentos sexaginta quinque confessus est.
Lactant. l. 1. de fals. relig. c. 7. Alii, teste Varrone, cœlum
& terram duos magnos dixere Deos, quasi communem om-
nium, alterum Patrem, alterum Matrem.

XV. Quædam etiam animalia propter mirificum sui
genium atque officia in vita mortalium, à populis in divi-
no habita honore. Columbæ à Syriis, Ciconiæ à Thessa-
liis, pro Diis culta: Apud quos capitale fuit ciconiam oc-
cidisse; anseres à Romanis, quibus ob Capitolium servatum
publicè à Censoribus alimenta præbebantur. Syri à piscib⁹
abstinuerunt, quòd Facelitis Veneris filia, in piscis formã
commutata diceretur, quam Syri pro Dea sunt venerati.
Huic argenteos pisces in templis cōsecrare consueverunt.
Ægyptii Ichneumones, Vultures, Crocodilum coluerunt:
à quo liberos Ægyptiorum devorari, honori sibi ducunt
Parentes, referente Æliano. Saitæ & Thebani ovem vene-
rabantur: latum, piscem Nili, Latonopolitani, Lupum
Lycopo: